



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hermannii Conringii De Pace Civili Inter Imperii Ordines  
Religione Dissidentes Perpetuo Conservanda Libri Duo**

**Conring, Hermann**

**Francofurti ; Lipsiae ; Wittebergae, 1680**

Ad IV. Vasa sacra vendi possunt.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9585**

ticum opprimendi, vel ipsi in gratiam zizaniorum illud eradicare & zizania plantare; vel denique eodem pretio & loco utraque habete, & æquali eura custodite. Quæ omnia contra mentem & præceptum cœlestis Patris familias, hæreticis, (qui præcipue per zizania à SS. PP. intelliguntur) à Catholicis ejusmodi Pacem sancientibus, spondentur & præstantur.

## Ad IV.

*Vasa sacra vendi possunt.*

**R**Esp. I. Vasa sacra & quævis mobilia pretiosa Ecclesiarum, non solum propter pauperes, captivos, ædificia templorum & cœmeteriorum, juxta Cap. Aurum II. q. 2. sed pari & majori ratione, propter necessitates Imperii & præcipue Religionis, confringi, confari, & vendi posse ac debere, iisdemque ex redditibus quoque Ecclesiarum & Ecclesiasticorum (legitima tamen autoritate) subveniendum esse. Quod hisce annis liberaliter fecerunt Ecclesiastici Status in Imperio & imposterum quoque pro viribus, et si valde accisis præstare parati sunt.

Resp. II. Prædia, pagos, oppida seu ditiones Ecclesiarum ad redimendam Pacem hæreticis concedi non posse, simul enim per Regulam alti scil. meri Imperii in Imperio receptam concedi deberet jus in animas, Christi sanguine redemptas, ejusque baptismo initiatas, quibusvis vasis sacrissimis pretiosiores. Neque enim loca subditis vacua cupiunt Potestantes, sed hisce seducendis vel maximè inhiant. Qua eadem ratione et si Ditiones Seculares hæreditate, vel alio Juris titulo acquirant, pacto tamen illis permitti non potest, ut hæresin introducant, & subditos reformem. Quare absque gravì peccato Status Catholicus Imperii hæreticum ditionis sua hæredem scribere aut eam illi vendere non potest; per Regulam Religionis alto scilicet merito Imperio cohærentis, tradit eo ipso jus hæresin introducendi, & subditos pervertendi.

Secus est, si Ecclesia, Monasterium, Pagus, oppidum situm in ditione hæreticâ Principis hæretici non habeat merum imperium,

nec



*nec immediatè Imperio subsiceat: hac namque urgente gravi ne-*  
*cessitate vel causâ videntur (autoritate tamen Ecclesiasticâ) con-*  
*cedi, aut vendi posse hæreticis; cum enim hi locis nec tale quidem*  
*jus, quale PAX Religionis tribueretur singitur, in Religionem compe-*  
*tat, nullum hæreticis traditur.*

*Ad V.**Ecclesiasticorum obligatio & Funda-*  
*torum intentio.*

**R**esp. Episcopos aliosque Ecclesiasticos obligationi suæ &  
 Fundatorum intentioni satis facere, si legitima autoritate,  
 & causâ exigente, thesauros Ecclesiarum partemque fructuum,  
 prompte & liberaliter in subsidium Religionis & Imperii con-  
 ferant. Ad Ecclesias verò & animas hæresi ac diabolo seu tra-  
 dendas, seu prodendas, non solum non obligari, sed salvâ obli-  
 gatione & Fundatorum intentione in id consentire non posse.

*Ad VI.**Necessitas facit omnia communia.*

**R**esp. Bonorum temporalium divisionem & appropriationem  
 ex jure humano procedere, non autem curam & salutem ani-  
 marum. Quare necessitas illas communes non facit, ut cum  
 pagis, prædiis, oppidis in discrimen fidei & salutis conjici pos-  
 fint. Neque jura Religionis & Ecclesiæ, quibus subditi & bo-  
 na Ecclesiarum subjiciuntur, potestas Secularis intra sphæram  
 suam continet; ut adeò in illum recidere non possint, sub quâ  
 nunquam fuerant. Quis fructus sequatur ex eo, quod sub pal-  
 lio necessitatis publicæ bona Dei attrectentur, & in redemptio-  
 nem Pacis impendantur, docet dolenda proximè elapsi sæcu-  
 li experientia. Et notat Matth. Tymp. in Speculo boni Ma-  
 gistratus sig. 71. argm. 1 § Eadem inhumanitas circa fin. Et  
 argm. 6. Licet hæretici Catholicique nominales à multis  
 annis quidquid potuerunt detraxerint Ecclesiasticis, eoque  
 de facto contra data olim privilegia gravarint, quod tamen